UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Bartolvs A Saxo Ferrato In primam Codicis Partem

Bartolus

Lugduni, 1567

Testamentaria manumiss.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96119

Visual Library

BARTOLVS

Ad Septimum Lib. Cod.

De vindicta libertate. Rubr. I.

LEX I.

☞ Decretum interpoſitum ex falſa cauſa, fauore libertatis non reſcinditur.

Orumqui. Vno modo legitur, in decretis interpoſitis, ex cauſa falſa in iure, vera tamē in facto, alio modo legitur ecōtra, ⁊ ſecundum vtranq̃ lect. breuiter hoc videtur
1 dicere, Decretū † ex falſa[1] cauſa interpoſitū fauore libertatis[a] nō reſcinditur, hoc dicit. ſecundum vtranq̃ lecturam.

ADDITIO.

1 ¶ Libertatis. In qua rub. nihil dicit ideo ſequit alia videlicet.

De teſtamentaria manumi. Rubr. II.

LEX II.

Ex teſtamento. Quero † vtrum ad cōfirmationem codicillorum requiratur, quod ſit hereditas adita.[a] Text. eſt in l. fi. in prin. ſ. eo. ⁊ eſt tex. in l. iiij. ff. de fideic. lib. ¶ † Quero vtrum appellatione reliquorum[b] contineatur liber rationum. Text. eſt in l. ſi ita fuerit. §. queſtio. de fideicommiſ. liber.

ADDITIO.

ALEX. ¶ Adita. vtrū ad confirmationē codi. requiratur aditio hereditatis, vide Bar. in l. is qui in teſtamen. de fideicommiſ.
ALEX. ¶ Reliquorum. vide Bar. in l. ſi is cui in libertate. de condi. indeb.

De fideicommiſ. libertatib. Rubr. IIII.

LEX VI.

Eberi. Hec eſt bona lex, quid ſi diſcordant in pretio? Certe iudicis officiū debet interuenire in concordia. Caſus eſt in l. alieno. §. fina. de fideicom. lib. ⁊ de communi ſer. manu. l. j. circa princ.

LEX VIII.

Cum proponas. Opponitur ⁊ videtur, quod iſtud relictum libertatis ſit captatorium, vt l. nonnunquam. de conditionib. ⁊ demonſtrationib. Sol. hic confertur in voluntatem heredis, ibi in voluntatem extranei. Item oppo. ⁊ videtur ꝙ in voluntatem heredis non poſſit conferri, vt l. ſenatus. §. legatum. de leg. j. Sol. ibi fuit collatum in liberam voluntatem heredis, ſi voluerit, hic non in liberā voluntatem, † licet fuit dictum ſi placuerit, nā intelligitur arbitrio boni viri. caſus eſt in l. Thais. §. ſorore. de fideic. lib. qui eſt no. ad hoc. Facit pro ſtatutis, cōſueuit dari libertas certis hominibus faciendi quicquid placuerit. ibi eſt tex. not. de aliis verbis, putauerit, ⁊ ſimile habetis i l. ſi ſic. ff. de leg. j.

LEX XVII.

1 **Cum quidam.** † Quero qd ſi heres preuenit[a] in ſoluendo legata ad pias cauſas, an executor habeat actionē. Tex. eſt no. in l. ſi libertus ſub cōditione. §. j. de bon. liber. ⁊ ibi Dyn. tangit.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Preuenit. vtrum heres poſſit preuenire executorem, vide quod no. Bar. in l. ſi ſeruus. ⁊ ſ. eod. ⁊ etiam poteſt preuenire epiſcopum, ſecundum Bald. in l. nulli. de epiſ. ⁊ cle. per Specu. in tit. de inſtru. edi. §. nunc vero. ver. denuo. Adde quod Bald. conſuluit, quod heres poteſt preuenire executorem, eius conſil. cxviij. ſecundo volumi.
b ALEX. ¶ Not. dicit gloſſ. quod ex l. correctoria poteſt argu. ſumi. plene per Bartol. ⁊ ibi dixi. ff. ad ſylla. l. ſi quis.

De latina libertate tollenda. Rubr. VI.

LEX VNICA.

Cum dedititij. No. gl. ſup verbo imaginē, que dicit † ꝙ ex l. correcta poteſt argu. ſumi, ſi ſit in corpore iuris incluſa, non alias, vt gl. in l. j. in prin. de coniun. cum eman. lib. eius. ⁊ in c. authoritate de ꝯceſ. preb. li. vj.

De communi ſeruo manumiſ. Rubr. VII.

LEX I.

1 **In communes.** Not. bene regulam l. nec emere † ſ. de iur. delib. qd qs non cogat emere, nec vēdere. Iſta regu. fallit hic fauore libertatis. Simili ratiōe fallit in l. ſi. in fi. de pat. qui fil. diſtr. Item fauore vltime voluntatis, vt l. ſi equo. ſecundum vnum caſum. ff. de leg. j. Facit etiam in odium domini atrocitantis ſeruum, vt inſtitu. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. §. fin. Item fallit in odium mentientis, vt ff. de act. emp. l. iulia. §. ſi Titius. Item fallit etiam in l. quamuis. ff. de pig. act. ſed impropie, nam fallit, quia creditor ibi non cogitur vendere, ſed oſtendere pignus debitori, qui vult illud vendere. † Alia
2 vero regula. vt quis non cogatur inuitus emere, fallit in caſibus ſpecialibus. Primo in l. iulianus. §. idem Celſus. ff. de act. empti. ⁊ l. communi diuidendo. §. ſi. ff. communi diui. ⁊ in l. cum in fundo §. ſi fundus. de iur. do. Et in iſtis caſib. eſt ratio. fallendi, ne quis inuitus in communione viuat, contra l. ſi non ſortem §. ſi centum. ff. de condictio. inde. ⁊ l. fundus ille, cū gl. ſua ff. de cōtrahēd. emp. Fallit etiam fauore vltime voluntatis in dicta. l. ſi equo. ſecūdum alium intelle. Inſtitu. de legat. §. non ſolum Fallit fauore eccleſie, in authen. de alie. emphy. §. ſi vero ſecundum predictum. Item fallit fauore fiſci. vt l. cotem ferro. ff. de publica. quod not.

De ſeruis Reipub. manumitten. Rubr. IX.

LEX I.

2 **Sita.** Lego, hanc l. ⁊ l. ij. de decur. in l. nulli. ff. quod cuiuſque vniuerſita. nomi. Not. † ꝙ in creatione ſyndici vniuerſitatis, debet interuenire authoritas ſuperioris. Aliter dixi de hoc in l. actor. ff. rem rat. habe.

De vſucapio. pro emp. vel pro tranſactio. Rub. XXVI.

LEX II.

a
1 **Si contra.** [a] No. ex hac lege † quod res que non poſſunt ex diſpoſitione l. alienari, vel ex diſpoſitione defuncti non poſſunt vſucapi. Nota etiam primam gloſſam huius l. quam allegauit, quod prohibita venditione per teſtatorem, videtur prohibita donatio. Ita tenet gloſſ. hic Ita videtur tenere text. in l. voluntas. de fideicom. vt ibi dixi.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Si contra. Vide qd habes in l. volūtas. ſupra. de fideic. vide que dixi in l. vbi lex. ff. de vſuca. ⁊ ibi bart. ⁊ hic not. in l. filiuſfa. §. diui. de lega. j. ⁊ vide hic. an appellatione vēditionis, veniat omnis cōtractus, adde Bald. in cap. j. de contro. inter do. ⁊ emphyteu. vbi vide. ⁊ ad qd habetur. in l. vniuerſos. infra, ne rei do. vel temp. ⁊ in l. ſtatuliberi a ceteris. de ſtatulib. ⁊ gl. not. in fi. C. de predi. curia. libr. x. ⁊ not. in l. fi. qd ibi dixi ſupra, de reb. alie. non alienā. ⁊ in l. j. C. ſi aduer. tran. ⁊ in l. alienationis. de verbo. ſignifica. ⁊ que not. Bar. in l. filiuſfa. §. diui. de leg. j. ⁊ ibi Imol. cōſuluit Bal. in conſ. incip. in Chriſti nomine, quidam habuit vxorem Domi. Ioā. qd ſtatutum vetat mulierem vel minorem alienare, vel modo aliquo vendere, ſeu obligare, non habet locum in reſtitutione ſeu libertate. C. de pred. cur. libr. x. l. ij. quo caſu ſtabimus iuri cōmuni. Nec plus dicit Bal. Tu adde ad hec que dixi poſt Bar. in l. ſi vnus. §. pactus. ff. de pac. Et an ꝓhibita alienatione, ſit prohibita pignoratio vide in l. quorū. ff. de pigno. Abb. Sic in cap. j. de his que fiunt a prel. ſine cōſen. cap. dicit no. quod verbum, venditio, non cōprehendit in ſe donationem neque permutationem per Bar. in l. fi. C. de pred. cur. lib. x. contra l. ſtatuli. ⁊ l. voluntas. de fideic. concludit quod vbi fit commemoratio pretij, verificatur tantū in venditione vulgariter, ⁊ ſtricte ſumpta, vt l. ſi. de predi. cur. Sed vbi non fit mētio pretij, tunc capitur largo modo, niſi in materia odioſa. Sed propter communem vſum loquendi, qui regulariter attenditur, ⁊ contra propriam vocabuli ſignificationē. l. libellorum. §. qd tamen Caſſius. ⁊ l. labeo. de ſup. leg. cap. ex literis. de ſpon. capietur verbum vēditio, pro ſpecie diſtincta ab aliis cōtractibus. vt capitur ibi, ⁊ in d. ca. Et his tis adde Bald. hic, ⁊ qd poſt eum ſcripſi. ad hoc qd not. Bal. in l. j. ſ. de re. permut. ¶ Adde circa prin. apoſtille, dū alleg. bal. qd pro illa parte facit. qd conſuluit Rom. conſil. cclxxx. ⁊ ccclxxxxiij. qd ſtante ſtatuto qd mulier non poſſit alienare ſine conſenſu duorum propinquorum, qd nihilominus poterat quietare maritum de fructibus bonorū paraphernalium. Et adde quod Bal. cōſ. cccxlv.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN